



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

C. Markgraf Ludwig belehnt die Gebrüder Hockmann mit Hebungen in
Storkow, am 19. September 1351.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XCIX. Markgraf Ludwig verschreibt dem Ritter Bego von Wulkow das Angefälle von den Lehnsbesitzungen Hennings Reuster, am 9. Februar 1351.

Nouerint etc., quod nos etc., pensatis et consideratis meritis et obsequiis, nobis prestitis et in antea fidelius et firmius exhibendis per strenuum virum petzonem de wolkow, militem, fidelem nostrum dilectum, ipsi et ipsius veris et legitimis heredibus iusto pheudi titulo contulimus et conferimus per presentes deuolucionem omnium bonorum Henningi Reuster cum omnibus iuribus, fructibus et vtilitatibus, commodis, honoribus et pertinenciis ipsius singulis et vniuersis, quibus predictus Henninghus Reuster predicta bona habuit, tenuit et pacifice possedit a predecessoribus nostris felicis recordacionis Marchionibus Brandenburgensibus, a nobis iusto pheudi titulo habenda, tenenda, perpetue et pacifice possidenda. In cuius Testes Swartzburgh, Lochen, Ost, Wolkow. Datum Ffrankenfurd, Anno M^o. CCC^o. LI^o., feria III^a ante valentini.

Aus Sachwitz'scher Abschrift.

C. Markgraf Ludwig befehlt die Gebrüder Hockmann mit Hebungen in Storkow, am 19. September 1351.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc., ad liberam et voluntariam resignacionem Thome, Erici et Ebelonis, filiorum quondam ebelonis dicti Hockman, fidelis nostri dilecti, felicis recordacionis, contulimus et presentibus conferimus discretis viris, Thome et Johanni, fratribus, quondam fidelissimi nostri kononis dicti Hockman, felicis recordacionis, filiis, fidelibus nostris dilectis, ipsorumque etc., sex frusta annuorum reddituum in villa Storkow transfoderam sita, sub modis, formis, iuribus, commodis et honoribus, quibus prenotatus ebelo, pie memorie, et sui prenominati filii predicta sex frusta tenuerunt et possiderunt, in antea a nobis debito pheudi titulo perpetuis temporibus quiete et pacifice possidenda. In cuius etc. Testes Hennebergh, Jo. de Kothbusch, Lochen. Datum Ffrankenfurd, Anno M^o. CCC^o. LI^o., dominica ante Mathei.

Aus Sachwitz'scher Abschrift.